



Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

8 In medio proximorum ingemiscit vir ejus, & audiens suspirat modicum.
Eccl. 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

182. *Consilia Sapientiae,*
delicata & levis sequitur suum excessum;
Animus elatus & cœcus approbat suis
errores & defendit, & mulier credit,
quod omnia quæ agit, quamvis contra-
se, sint tamen recta & laudabilia.

Videtur tamen in omnibus remanet
adhuc aliquod venenum antiqui serpen-
tis, id quod nos capitositatem aut furo-
rem appellamus, ubi sæpe Demon eius
caput ingreditur, & accipiendo illi judi-
cium & libertatem, id in illa operatur,
quod oculis perspicimus.

REGULA OCTAVA.

*In medio proximorum ingemiscit
virejus, & audiens suspirat in-
dicum. Eccl. 25.*

PARAPHRASIS.

*Ipsius infelix maritus, quem incessanter
affigit, nihil aliud ordinarie agit
quam suos exinde proferre planctus
& hi qui cum audiunt pro omni con-
solatione, non aliter ipsi respondent
quam per suspiria.*

REFLE

REFLEXIO.

Non prodest plorare publicè suas domesticas cruces , qui hoc facit parum habet pudoris , quia difficulter id medicis debet aperiri. Illi qui patiuntur, debent exinde ruborem contrahe- ret tantum , quantum ii, qui id peragunt. Quod uxor sit libertina, quod sit fera & violens, maritus sibi ipsi injuriam facit, dum eam accusat. Non minus illius in- terest suum errorem secretum retinere, quam eum sanare.

Oportet habere aliquid prudentiæ & fortitudinis : Maximum secretum in eo consistit , ut malo remediatur efficaciter, & interim impediatur, ne infirmus clamet.

Elige cum attentione mulierem, quam es ducturus, dum eam habes, non eam adores , sed nec illam vituperes.

Attende tibi, ne eam irrites, & illam ad iram indiscretè provokes , per nimis iniquas & fauicias reprehensiones , aut ipsam nimis arrogantem reddas per indiscretam complacentiam , & importuna- das civilitates. Aimes illam perfectè , sed ostende

184 *Consilia Sapientia*,
ostende ei tantum partem tui amoris,
minimum coperias tuas debilitates. Tu
obligatio & felicitas sit, ipsi prudenter
inspirare, sed recordare, quod hoc
efficies, nisi te per amicitiam redda
amabilem.

ARTICVLVS SECUNDVS

*De Regimine sui erga propria
Proles.*

REGULA PRIMA.

*Nam & ege filius fui Patris mei, n
nells & unigenitus coram matr
mea: & docebat me, atq; dicebat
suscipiat verba mea cor tuum
Posside Sapientiam. Prov. 4*

PARAPHRASIS.

*Fueram & ego olim juvenis, dicit Sal
omon, & puer quem amabat pater, &
regebat mater mea, quae me multe
diligebat, & semper apud se reine
bat, ut tot instructiones acciperem
que*